

stolice Constitutiones sancitè omittere presumant. Eadem Legi inherens Synodalis Constitutio Tolentana tit. de Coleb. Miss. c. 14. Arbitrariam panam imponit Clericis, qui beneficium Ecclesiasticum non habent, & horarum preces omiserint recitare, ut notat Lopez de Salzedo in addit. ad Diaz Præf. Crimin. Canon. cap. 57. Litt. A. in fin.

Quo ad Sextum, & Ultimum, in quo quaeritur, Quando Subdiaconi, & alii obligati ad pensum horarum Canonicarum excusentur ab earum recitatione? Quatuor ob causas ajunt Doctores eos excusari; scilicet ob Impotentiam, ob Charitatem, ob Metum, & ob Dispensationem. Ita Sanch. in Conf. Moral. lib. 7. c. 2. dub. 25. n. 4. Reginald. d. lib. 18. n. 181. & segg. & Gobatus d. traç. 5. Exper. Theologia n. 708. ubi duo notabilia: unum, quod omnes causæ excusantes ab auditione Missæ, excusant etiam à pensatione Breviarii; alterum, quod major causa requiritur ab excusando beneficiato, quam ordinato in Sacris abque beneficio. Impotentia est duplex, Physica, quæ complectitur omne impedimentum corporis; & Moralis, se extendens etiam ad animi molestiam. Hinc infirmi, febriçtantes, nimis defatigati, carentesve Breviario excusantur ab hoc onere solvendo ob physicam impotentiam. Afflicti verò magno animi mœrore, puta ob mortem Patris, ob inopinatum grave infortunium, censentur ab eodem exempti ob impotentiam moralem. Sanchez, Tamburinus, & alii apud Gobatum, n. 709. d. traç. 5. qui n. 728. sub hac morali impotentia ponit scrupulosos, nempe illos, qui non semel repetunt psalmos jam recitados, tamquam vel nunquam, vel non bene recitados; & narrat prudens remedium, quo S. Ignatius Loyola liberavit ab his scrupulis P. Cornelium Brughelmanum Flandrum Sacerdotem suæ Societatis, ei præcipiendo, ut recitaret officium cum Horologio pulverario, & in eo recitando non plus temporis poneret, quam alii Patres consueverant, quo tempore consumpto, si qua forte pars ad totum officium explendum deesset, eam ille eo die prætermitteret. Cornelius veritus ne aliquam partem omittere cogeretur, cessavit scrupulizare, & jugi pronuntiatione pensum prosequi, sicque ab illa animi infirmitate se liberavit.

Plures autem quæstiones faciunt Theologi super utraque impotentia; verbi gratia, an qui prævidet se impediturum iri in recitatione, tenetur præveniendo recitare? An expectans febrem tertianam, vel quartanam, debeat ante paroxysmum officium dicere? An si solus non potest, cogatur socium quaerere, vel se ultro offerentem admittere? Valetudinarium an dubitè de detrimento possint non recitare? An dicto Medici sententia scientia, etiam si Medicus sit Lutheranus, vel, ut in hac Civitate, Judæus? An Cæcus adstridus sit ad psalmos quos memoriter tenet? An timens oculorum læsionem. Et plures aliae, quas allegat Sanchez d. lib. 7. cap. 2. dub. 43. Jo: Sancius in Selectis disp. 15. Tamburinus lib. 2. in Decal. c. 5. §. 8. & Gobat. ead. traç. 5. n. 701. & segg. usque ad n. 721. ubi refert casum faciem Parochi, qui prorogavit fumere cibum, & totum officium recitare usque ad ultimam dimidiam horam ante mediam noctem; adeo ut, si prius pensum officii solvat, manducabit post dimidiam noctem, & die sequenti Missam, tamquam non jejunus, celebrare non poterit: si vero prius comedat, terminabit media nox, & non erit tempus solvendi officium pro die decurso. Quid igitur Parochus prædictus facere debet? Cœnare, ut possit celebrare omittendo officium divinum diei decursi? Vel recitare officium, deinde cœnare, & die sequenti non celebrare? distinguit Gobatus ita: Vel Sacrificium diei sequentis est de præcepto, & omitti non potest absque magno scandalo populorum? Et tunc cœnet ante me-

diam noctem, omittatque recitare officium diei decursi; quia majus præceptum prævalent minori; & majus censetur illud de celebrando, ne sequatur scandalum die sequenti, quam recitare officium pro die antea: At si Missam est dicturus ob solam devotionem, solvat pensum horarum, deinde cœnet post mediam noctem, & abstinat die sequenti à celebratione; siquidem officium, quod est in præcepto, prævalere debet Missæ ex sola devotione. Ita ingeniosè Gobatus, apud quem n. 726. d. traç. 5. extat alia resolutio ad hunc casum, quam facit Leander de Ord. traç. 8. disp. 5. g. 43. quod scilicet Parochus ille cœnet per quartam partem ultimæ horæ, & per aliam quartam partem recitet officium, quantum potest, & quod non potest, omittat. Non placet Gobato hæc responsio, sed mihi aridet.

Charitas est secunda causa excusans à pensatione Breviarii, idest, ut proximo succurrat vel in corporalibus, vel in spiritualibus indigentibus. Hinc assistentia infirmo graviter ægrotanti, debitum precandandi, Confessione audiendi, moribundum confortandi, & similes pie actiones à recitatione Horarum excusant. Sanch. d. lib. 7. cap. 2. dub. 52. Gobatus alios cumulans d. traç. 5. n. 727. subdens tamen, quod Sancti Viri hæc omnia faciebant, & ab onere officii Divini non se excusabant.

Metus concernit tum personam ordinatam in sacris, si per vim, & metum cadentem in constantem Virum fuerit initiatus: vel si recitando officium timeat gravissimum aliquid corporis, vel bonorum detrimentum. Sanchez, Tamburinus, & alii apud eundem Gobatum d. traç. 5. num. 728.

Dispensatio denique est quarta causa excusans ab horarum Canonicarum pensio; hæc autem provenire potest vel à Summo Pontifice, vel ab Episcopo, vel ab ejus Vicario, vel à Prælo Regulari erga professos sibi subditos, Choro adstrictos. Inter hos omnes Superiores illud est commune, quod semper requiratur iusta causa pro dispensatione concedenda. Ab Episcopis, & eorum Vicariis non dispensatur ab hoc onere nisi ex brevi tempore, & ad paucos dies. Tamburinus in Decalog. lib. 2. cap. 5. §. 8. Gobatus d. traç. 5. num. 729. Prælati Regulares hanc potestatem habent ex Apostolicis Privilegiis, quæ referuntur ab eodem Gobato ibid. n. 730. advertens, quod præter iustam causam debent semper inungere aliquas breves orationes dicendas loco pensii Horarii, prout observat ipsemet Summus Pontifex, quando dispensat ab hoc onere, ut diximus supra Decif. 25. num. 20. & notatum est de S. Philippo Nerio num. 17.

Corollarii loco notanda sunt duo. Unum quod Clerici censuris ireriti non sunt exempti ab onere Divini officii; damnati verò ad triduum excusantur secundum aliquos, & secundum alios censentur obligati. Alterum, quod dubitans, an possit, vel non possit abstinere ab officio divino, tenendum est pro obligatione, donec per recitantes viros judicetur, adesse iustam causam non recitandi. Gobat. in Appendice d. traç. 5. post num. 731. Menoch. de Arbit. Judic. casu 429. n. 15. Quomodo autem Clericus beneficiatus omittens Officium peccet mortaliter, & sit obnoxius restitutioni fructuum? & quando excusari possit ab eadem restitutione? legendus est Gobat. d. traç. 5. n. 573. & segg. necnon Collegium Salmanticensis d. traç. 16. de Horis Canonicis cap. 2. punct. 3. à num. 26. & segg. ubi DD. allegantur, & casus, ac dubia magis frequentia circa eisdem beneficiatos Horas canonicas non recitantes, resolvuntur.

Unum adhuc, appendicis loco restat notandum, An scilicet, Nocturnum, quod Episcopus recitandum imponit Subdiacono, ac Diacono in eorum ordinatione, sit ab illis dicendum sub pœna peccati mortalis? Non desunt DD. qui affirmant, quos citat Tam-

Tamburinus lib. 7. de Ordine cap. 3. §. 4. Sed ipse contrarium tenet, prout facit Sanchez in Conf. Moral. lib. 7. cap. 2. dub. 2. n. 6. & alii, ea ratione, quia illa impositio non est de præcepto, aut in penitentiam, sed de consilio, & in gratiarum actionem; idemque afferunt tum de Palmis Penitentia libus, qui injunguntur ordinatis in minoribus, tum de tribus Missis Sacerdotio initiatis.

## DECISIO XXVII.

## ARGUMENTUM.

De Castitate, ad quam obligantur Subdiaconi, & alii Ministri Sacri, tractat præfens Decisio. Disputatur, An hæc obligatio sit de Jure Divino? vel de Jure Ecclesiastico? Inquiritur initium ejusdem obligationis, & ostenditur incepisse ab Apostolis. Probatur ejus jugis observantia decretis Conciliorum, & Summorum Pontificum; dictis Sanctorum Patrum, atque Exemplis, de sæculo in sæculum collectis. Pseudosynodus Quinisextæ refertur Canon, cujus vigore Græci ordinati in sacris utuntur uxoriibus. Recensentur Nuptiæ sacrilegæ Lutheri, & Carolstadii. Disputatur, An prædicta obligatio insit Voto ordinati, vel Præcepto Ecclesiæ? Et quibus in casibus Subdiaconi non teneantur servare castitatem?

## SUMMARIUM.

- 1 Castitas in Clericis Sacris tria continet. Et quæ?
- 2 Matrimonium nunquam prohibitum minores ordines habentibus.
- 3 Matrimonium facit vacare beneficia, ac Pensiones.
- 4 Matrimonium semper prohibitum ordinatis in Sacris.
- 5 Castitas in Ministris Sacris quod sit de Jure Divino.
- 6 Nicolaus Primus Diaconus Uxoris sue usum volebat, & num. 19.
- 7 Castra sic dicta à castimonia Militum.
- 8 Venus cur dicitur adulterata cum Marte?
- 9 Uxores Militum cur permixte in exercitu Imperiali Anno 1684.
- 10 S. Paulus Apostolus castus, & inuptus.
- 11 S. Petrus solus uxoratus. Non etiam alii Apostoli.
- 12 Episcoporum status perfectior statu Religiosorum.
- 13 Hebraici Sacerdotes an obligati ad castitatem?
- 14 Castitas in Ministris Sacris, quod sit de Jure Ecclesiastico.
- 15 Papa non dispensat contra Jus Divinum.
- 16 Uxores aliquando permixte Subdiaconis, ac Diaconis. Et cur?
- 17 Græci in Sacris utuntur uxoriibus ante ordinationem acceptam.
- 18 Anxietas in rebus temporalibus prohibetur omnibus fidelibus non ex præcepto, sed de consilio.
- 19 Nicolaitarum heresis, quotidie luxuria vacante.
- 20 Episcopii paupertas non est injuncta.
- 21 Castitas cur imposita Ministris Sacris?
- 22 Castitas Ministrorum Sacrorum fuit ab initio Ecclesiæ.
- 23 Apostoli prohibent Matrimonium Clericis Sacris. Et num. 25.
- 24 Ac etiam Uxorum ante ordinationem daturum usum.
- 25 Origenis verba de continentia Clericorum.

De Sacramento Ordinis.

- 27 Lucii Papa decretum de castitate eorundem Anno 255.
- 28 Eliberitani Concilii canon de eadem Anno 305.
- 29 Morini error calculi.
- 30 Ancyrani Concilii canon pro Diaconis Uxoratis Anno 314.
- 31 Arelatenfis, ac Romani Concilii canon de castitate Ministrorum Sacrorum Anno 320.
- 32 Nicæni Decretum de eadem Anno 325.
- 33 Paphnutii instantia in Synodo Nicæna contra castitatem Clericorum fabulosa.
- 34 Eusebii Cæsariensis dictum de Clericali castitate.
- 35 Item S. Epiphanii, ac S. Basilii Magni.
- 36 Siricii Pape, & Concilii Carthaginensis. II. Decreta de eadem.
- 37 S. Hieronymi testimonium de ipsa. Ac
- 38 S. Joannis Chrysostomi; &
- 39 S. Leonis Pape.
- 40 Concilii Turonici I. Canon de eadem Anno 461. &
- 41 Concilii Agathensis Anno 506. necnon.
- 42 Concilii Turonici II. Anno 570.
- 43 Concilii Matisconensis I. Anno 581.
- 44 Ursicini Presbyteri Exemplum de Castitate Clericali.
- 45 Subdiaconi in Sicilia Uxorati Anno 590.
- 46 S. Gregorii Magni remedium cum illi.
- 47 Concilii Toletani VIII. Canon contra impudicos Clericos Anno 655.
- 48 Concilii Sexti Trullani Canon Anno 680. de iisdem.
- 49 Synodi Quinisextæ Trullane Decretum pro usu Uxorum Clericorum Græcorum Anno 692.
- 50 Eadem non Oecumenica, sed Erratica.
- 51 Ejus Canonis rejeçti, & non approbati ab Apostolica Sede; neque à tribus Patriarchis Orientalibus.
- 52 Græci cur à Deo puniti furore Turcarum?
- 53 Meldensis Concilii Anno 845. Canon pro Clericorum castitate.
- 54 Leonis Pape IX. dictum de eadem.
- 55 Alexandri III. Decreta circa conjugatos ordinandos.
- 56 Votum solenne Ordinis Sacri impedit, & dirimit Matrimonium.
- 57 Hæresiarche sæculi XVI. impugnantes calibatatum Clericorum.
- 58 Lutheri Uxor Monialis ab ejus discipulis osculata.
- 59 Carolstadius Archidiaconus primus contra Votum solenne Uxorem duxit.
- 60 Carolstadii vita, ac mors infelicitissima.
- 61 Castitas Ministrorum Sacrorum an ex Voto, vel ex Præcepto?
- 62 Quæ ex Voto rationes quatuor.
- 63 Quæ ex Præcepto Ecclesiæ itidem rationes quatuor.
- 64 Castitas Clericorum est ex Voto, ac Præcepto simul.
- 65 Subdiaconi tribus in casibus non tenentur ad castitatem. Et qui sint?

Secunda principalis obligatio Subdiaconorum, ac aliorum in Sacris Ordinatorum, est servare perpetuum continentiam, ac castitatem; cui quidem obligationi tria insunt, Unum, ne quis Sacris Ordinibus initiatus Uxorem ducat; & de facto si contrahat matrimonium, hoc sit non solum illicitum, sed irritum, & nullum. Alterum, ne possit uti uxore, quam forte duxisset ante ordinationem, sed ab ea prorsus abstinere; nisi abque ejus licentia Ordinem Sacrum sumpsisset; nam tunc, ea requirente, debitum reddere teneretur, non etiam petere, ut suo loco demonstrabimus. Tertium, ut abhorreat quoscunque actus venereos, qui etiam Laicis ex-



tra Matrimonium venatur, aded ut si eorum aliquo se conquinet, ultra speciem illius adus inhonesti, etiam malitiam Sacrillegi teneatur in confessione exprimere, ut prater Valentiam tom. 4. disp. 9. qu. 5. p. 5. g. 1. notant Salmaticenses de Sacramento Ord. tra. 8. cap. 6. num. 2. De hac autem obligatione continentiar, & castitatis ordinatum in Sacris tria sunt videnda.

1. An sit de Jure Divino, vel de Jure Ecclesiastico?
2. A quo tempore ipsa cœperit?
3. An insurgat talis obligatio ex voto ordinati in Sacris, vel ex præcepto Ecclesiæ ipsi Ordini Sacro annexo.

Quod ad Primum, Præmittendum, Clericis in minoribus ordinibus constitutis numquam fuit hæc obligatio continentiar, ac castitatis imposita; itaut illidem semper licitum fuerit sive Græcis, sive Latinis contrahere Matrimonium; ut habetur in c. si qui vero dist. 32. ubi sic dicitur: *Si qui vero sunt Clerici extra Sacros Ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri uxores debent, Idemque legitur in c. si quis. ead. dist. 32. ibi: Si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, voluerit nuptiali jure mulieri copulari, hoc ante ordinem Subdiaconatus faciat. Idem dicitur in cap. Lectores, & in c. De illo Clerico. ead. dist. Est tamen verum, quod statim ac uxores accipiunt, si possident beneficia Ecclesiastica, vel Pensiones, illidem ipso jure privantur. cap. 1. cum duobus sequentibus. De Cleric. Conjug. Loterius de Re benef. lib. 3. quest. 26. à num. 64. & seqq. usque ad n. 75. ubi id procedere demonstrat, etiam si Matrimonium contractum esset nullum, alia tamen nullitate, quam ex defectu consensus, ut etiam ait Rota part. 3. recent. decif. 8. n. 3. Clericis autem Sacros Ordines habentibus, incipiendo à Subdiaconatu usque ad Episcopatum, sive Græcis, sive Latinis illicitum est contrahere Matrimonium, ut dicitur in c. ult. dist. 27. his præcis verbis:*

*Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis concubinæ habere, seu Matrimonia contrahere penitus interdicitur. Concordant text. in dist. 32. cap. 1. ibi: Ad exhibendam tamen perfectæ continentie puritatem, nec Subdiaconis quidem concubium carnale conceditur. Et ed fortius c. Erubescant ead. dist. 32. ita loquentes: Erubescant impii, & aperte intelligant, iudicio Spiritus Sancti eos, qui in Sacris Ordinibus Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & castè vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate. Plurima alia Concilia, ac Canones de hac obligatione castè vivendi ordinatum in Sacris (quos infra de anno in annum referemus) cumulat Emin. Card. de Laur. de Sacram. Ord. disp. 9. à n. 161. & seqq. & ibi allegat S. Thomam 2. 2. q. 88. art. 11. Scotum in 4. dist. 27. in prin. & S. Bonavent. ibid. art. 1. q. 2. idem docentes. Hoc præmissis, hæc sunt opinioniones Theologorum circa originem continentiar, & castitatis in Ministris Sacris.*

Prima arbitrat, hanc obligationem procedere à Christo Domino, & sic à jure Divino; & innitur his argumentis. Primum, quia Christus Dominus præcipit Apostolis cavere à cursu hujus vite. Luc. 21. 34. Divus Petrus exhortans Ecclesiarum Pastores, monet illos, ut omnem sollicitudinem suam præstent in Deum. 1. Petr. 5. 7. Apostolus Paulus scribens ad Timotheum, admonet illum, quod Christus militans Deo implicet se negotiis secularibus, 2. Timoth. 2. 4. & Titum certum fecit, quod Christus eisdem Apostolos erudit, ut abnegarent impietatem, & secularia desideria. Tit. 2. 12. Sed qui uxores vacant, ac generationi, & educationi filiorum, implicent se curis hujus vite; non possunt omnem sollicitudinem suam projicere in Deum; secularibus negotiis, ac desideris se immergunt. Er-

go, ut ab his omnibus, qui Deo sunt ministri consecrati, abstineant, continentia, & castitas censetur illidem à Christo Domino injuncta. Secundo, quia Christus Dominus per Joannem in Apocalypsi cap. 2. vers. 14. reprehendit Episcopum Pergami his verbis: *Quia habes illic venentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: ita habes & tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Sed doctrina Nicolai fuit, quia cum esset unus ex septem primis Diaconis, voluit adhuc retinere uxorem (quam ante ordinationem duxerat) & cum illa commercium habere, ut sumitur ex Clemente Alexandrino lib. 3. Stromatum, & ex S. Epiphano Hæres. 25. Ergo ex Jure Divino prohibuitur erat uti Matrimonio Ecclesiasticis in Sacris constitutis, quia Spiritus Sanctus invehit contra Clericos Sacros Uxoribus vacantes. Tertio quia iterum Apostolus Paulus ita dicit ad Timotheum: *Labora sicut bonus miles Christi.* 2. Timoth. 2. 3. Sed militibus Romanis interdicta erant matrimonia, & usus omnium mulierum, & idcirco eorum exercitibus vocabantur castra à castimonia, ut notat Isidorus lib. 9. Orig. cap. 3. non enim permittebantur feminæ in castris. Tacitus Annal. lib. 14. unde Quintilianus in Declam. Mariane ait: *Meretrices ad exercitum submoventur; intrare castra feminis non licet.* Et Propertius innuens hanc prohibitionem lib. 4. Eleg. 3. ita recinit:

*Romanis utinam patissent castra puellis; Nullam militis sacra sua tuæ.*

Imò S. Augustinus ad significandum, incongruum esse belligerantibus Venerem, eam uxorem Vulcani adulteratam esse cum Marte fuisse Poetas scribit lib. 20. contra Faustum c. 9. Esti nostris temporibus in exercitu Augustissimi Imperatoris Leopoldi contra Turcas. Annis 1634. & sequentibus, permittas fuisse uxores Militum, mihi testatus fuit Venerabilis Pater Fr. Marcus de Aviano Capucinus Predicator zelantissimus, qui comitatus fuit eundem exercitum in recuperatione Budæ, ea ratione, quia prædictæ mulieres egregie suffragabantur illidem militibus à pugna revertentibus, exhibentes eis cibum præparatum, & vulneratis mira inservientes patientia. Porro antiquitus obligati erant milites castè vivere, & cum Apostolus vellet, Timotheum laborare sicut bonum Christi militem, intelligenda est obligatio castitatis, quæ de Jure divino imposita ei fuerat sacris initiato. Quarto, quia & ipse Apostolus Paulus castitatem colebat, & erat inuptus, ut 1. Cor. 7. 8. Dico non nuptis, & viduitis: bonum est illis si sic permanent, sicut & ego; ubi Cornelius à Lapide ita notat: *Hinc clarissimum est, S. Paulum non habuisse uxorem, sed castitatem fuisse.* Idem scribit in eadem 1. Cor. 9. 5. subdens quod imò S. Hieronymus (lib. 1. contra Jovinian.) docet inter Apostolos solum Petrum habuisse uxorem, idque tantum ante conversionem: & quod idem tradit Tertullianus (lib. de Monogamia ante medium) inquit, *Petrum solum invenio maritum, quod pariter probat Gonetus d. disp. 3. de Ordine n. 68.* Si itaque Christus Dominus elegit Apostolos castes, quos Sacerdotes consecravit, eosque continentiam, ac castitatem servare voluit; sequitur in Ministris sacros, eorum Successores, hanc obligationem ex præcepto Divino dimanasse. Quinto, quia status Episcoporum perfectior est statu Religiosorum, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 184. art. 7. Sed status Religiosus ex Jure divino habet annexum votum castitatis, ut latè probat Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 25. num. 8. Ergo etiam status Episcoporum, & subinde aliorum in sacris ministrorum, ex eodem Jure Divino injunctam habet obligationem continentiar, & castitatis; ait enim S. Leo Papa 92. ad Rusticum: *Lex continentie eadem est Ministris Altaris, quæ Episcopis, atque Presbyteris.* Sexto tandem, quia Sacerdotes Hebræici, sicut & eorum

sacerdotes, erant imperfectiores, ut ait Apostolus ad Hebr. 7. 11. & tamen nec sacrificare poterant, nec panes Propositionis manducare, nisi essent mundi, id est abstinentes à mulieribus, ut ait Abimelech Davidi. Reg. 21. & observat Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 12. q. 1. aded ut ex præcepto Divino colere debebant castitatem tempore, quo erant sacrificaturi, ut legitur etiam in c. Plurimos. dist. 82. & probat Gonetus d. disp. 3. num. 54. Ergo multò magis censendum est, Sacerdotibus, & ministris sacris Evangelicæ legis, qui perfectiores sunt, hoc divinum præceptum esse injunctum. Hanc opinionem tenent Major Chlichtoveus, Vvaldensis, & alii, quos citat Azorius d. cap. 12. q. 1. ac Salmaticenses d. tra. 8. de Sacramento Ordinis cap. 6. num. 9. ac præcipue Turrianus lib. 2. de Dogmat. eharact. à quibus probabilis vocatur.

Secunda opinio, quæ communior est, & à Theologis, atque Canonistis amplectitur, docet, obligationem castitatis in Ministris sacris provenire ab Ecclesiastico Jure tantum; idque probat: Primum, quia nullus reperitur Scripturæ locus, in quo illidem Matrimonium prohibeatur; nec aliqui Concilii Canonum, qui declarent dictam obligationem esse de Jure Divino; aliquidque Decretum, vel Constitutio Romani Pontificis, quæ id asserat. Secundo, quia si esset de Jure Divino, Papa non posset circa illam dispensare; siquidem in illis, quæ Juris Divini sunt, nulla humana potestas dispensat: c. Satagendum. c. Decessorum. cap. Quicumque; & cap. Justitie. 25. q. 1. Sed ut Ministris Sacris, & in ordinibus Sacris constituti, possent matrimonium contrahere, non semel ob justam causam Sedes Apostolica dispensavit; prout de nobili Veneto Justiniano narrat Tarcognata Anno 1169. in Hist. Mundi part. 2. lib. 13. pag. 495. & prout ex exemplis relatis per Emin. Card. de Lauræa d. disp. 9. de Sacram. Ord. n. 204. in præterito sæculo ab anno 1602. usque ad annum 1639. Tertio, quia ab initio Ecclesiæ, & per subsequentia sæcula habentur Canones ejus prohibentes Ministris Sacris matrimonia contrahere, vel antea contractis uti. Ergo ab Ecclesia inducta est illdem obligatio continentiar, & castitatis. Leguntur Canones prædicti præcipue Lib. 6. Constit. Apostol. cap. 17. & in cap. Presbyteris. & cap. Diaconus. dist. 27. Item in cap. Diaconi. cap. Presbyter. & cap. Decernimus. dist. 28. Necnon in Clem. Unica. De Consanguineo. & in Extrav. Antiquæ. De Voto, & alii plurimi per nos infra congesti. Quarto, quia antiquus S. Gregorius Magnus indulgit Subdiaconis Siciliæ, ut uteretur uxori, quas absque promissione servandæ castitatis duxerat, ut in cap. 1. dist. 31. Ancyrana quoque Synodus permisit, ut Diaconi, qui in eorum ordinatione protestati erant, velle se habere uxores, nec posse se continere, eas haberent, nec cogenter ad continentiam servandam, in cap. Diaconi dist. 28. Et usque in præsentem diem Græci Subdiaconi, Diaconi, ac Presbyteri uxorati utuntur uxori, vidente, sciente, ac tolerante Ecclesia Romana. cap. ult. dist. 31. quæ omnia nec facta, nec tolerata fuissent, si contra jus Divinum essent. Quinto, quia expressè Concilium Tridentinum sess. 24. can. 9. dicit, prohibitionem Matrimonii in Ministris Sacris esse ex lege Ecclesiastica: ibi: *Si quis dixerit, Clericos in Sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contrariumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto &c. Anathema sit.* Quare ita tenent, ac docent S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 11. in corp. Scotus in 4. dist. 37. per totam. Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 27. num. 5. ubi innumeris allegat. Layman lib. 5. tra. 9. cap. 11. n. 1. Fagnanus in c. Majores. num. 110. de Baptismo. Gonzalez in Comment. ad cap. si qui Clericorum. 3. de Cleric. Conjug. n. 3.

De Sacramento Ordinis.

Gonetus de Sacram. Ord. disp. 3. art. 3. Gobatus tra. 8. num. 754. Salmaticeni. d. tra. 8. c. 6. à n. 10. & seqq. Diana Coordin. tom. 3. tra. 1. resol. 77. §. 4. ubi allegat textum in cap. Ut lex. 27. q. 1. & plures DD. adducit; quibus adimplatur novissimè ipse Emin. Card. de Lauræa in cit. disp. 9. de Sacram. Ord. art. 9. §. 2. à num. 202. & seqq. Quæ opinione retenta:

Non obstant argumenta contraria. Non primum, quia loca illa Sacræ Scripturæ prohibent quidem nimiam anxietatem in rebus temporalibus; sed non continent prohibitionem Matrimonii, de qua agimus; licet enim magis expedit esse cælibes, ad mundanas curas evitandas, tamen etiam uxorati possunt castè, sobriè, ac piè vivere; idcirco exhortationes illæ non ad solos Ministris Sacros factæ fuerunt, sed ad omnes fideles, ut ajunt Salmaticenses d. c. 6. n. 15. addentes, eas fuisse de consilio, non de præcepto. Non secundum de reprehensione ad Episcopum Pergami, de qua in Apoc. 2. 14. quia esto errorum Nicolai Diaconi fuisse usum Uxoris, quam ante Ordinem Sacrum susceperat, & post ordinationem dimiserat, de quo reprehendebatur ab Apostolis, ut pluribus probat Cornelius à Lapide Comment. in Apoc. dist. cap. 2. vers. 14. & Salles de Inquisit. lib. 3. c. 5. regula 217. non sequitur, Jus divinum prohibuisse Ministris Sacris usum uxorum, sed ipsius Apostolos; à quibus propterea prædictus Nicolaus arguebatur, & ad cuius exemplum invaluit secta Nicolaitarum profrentium, omnes homines debere, se quotidie luxuriam concupiscere. Non Tertium, quod Milites Christi sacris ordinibus initiati ad imitationem militum Romanorum à mulieribus abstinerent; quia hoc verum est, sed non ex divino præcepto, de quo quærimus, ac ex lege Ecclesiastica, ut indicavimus. Non Quartum, concessa enim Pauli, & aliorum Apostolorum continentia, & castitate; consequentia non subsistit, quod eam servarint ex divino præcepto, sed, ut dictum est, ex Ecclesiastica lege. Non Quintum, quia status Episcoporum dicitur magis perfectus, quam status Religiosorum, non respectu sui, sed in ordine ad alios dirigendos, gubernandos, & perficiendos; quapropter non est de Jure Divino imposita continentia Episcopis; prout neque pupertas, etsi fecerit fit in statu Religioso pro eorumdem Religiosorum perfectione, ut latè differit Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 25. num. 8. & dist. 27. n. 7. Tandem non obstat Sextum, ex Levitarum Hebræorum exemplo, quia si Deus voluit illidem prædictum præceptum facere, ut notat Gonetus d. disp. 3. n. 47. hoc noluit de se injungere in Evangelica Legge; sed reliquit prudentiæ Apostolorum, ac aliorum Pontificum, in eorum locum succedentium; qui quidem iustas ob causas continentiam, & castitatem Ministris Sacris indixerunt, ac præcipue ut idem rebus divinis magis vacarent, & à populis viderentur, videntes illos vitam castam, atque Anglicam ducere: Ut majorem exacercent in pauperes charitatem, atque hospitalitatem, quam si onerati essent uxori, ac filiis: Et ne redditis Ecclesiastici traherentur, more mundano, ad successores eorumdem Ministrorum Sacrorum, ut latius differant ipsi Salmaticenses d. tra. 8. de Sacram. Ord. cap. 2. num. 6.

Quo ad Secundum, Si quærimus à quo tempore hæc obligatio continentiar, & castitatis inceperit in Ministris Sacris? Respondetur, eam incepisse ab initio Ecclesiæ, ac tempore Apostolorum, & quavis in tertio sæculo, in aliquibus Provinciis, exacerbitate temporum, ex malis hominum, & ex incuria Antiquum, fuerit intermissa: iterum tamen insaurata, & renovata fuit tum per Concilia, tum per Summos Pontifices, prout ex sequentibus decretis, canonibus, ac præceptis eorumdem, per ordinem temporum collectis, facile est cognoscere.



exceptis Græcis, qui, si uxori assumantur ad Ordines Sacros, abulium antiquorum temporum retinentes, ab uxoriis non abstinere, ut in cap. ult. dist. 31. Igitur

Primò, Apostolorum tempore, & Ecclesiæ initio, qui Ordines Sacros accipiebant, Matrimonium contrahere amplius non poterant, & si ante ordinationem uxores habuissent, ab eorum usu abstinere obliabantur, ut ex Apostolorum can. 25. ita dicente: 23 Ex iis, qui non ducta uxore ad Clerum promoti sunt, iubeamus, si velint uxorem ducere, Ledores, & Cantores solos. Ergo qui in Sacris erant, non poterant uxorem ducere, sic ventibus, ac prohibentibus Apostolis. Hinc Paulus ad Titum cap. 1. ait: Oportet Episcopum continentem esse: ubi S. Hieronymus exponit, Nempè ab Uxoribus etiam amplexibus.

Secundò, Anno 99. Clemens Papa Primus in Epistola I. in qua protestatur, quòd omnia, quæ ibi refert, acceperit à S. Petro, inter alia hæc habet: 24 Ad Domini dicitur ministeria tales eligantur, qui ante ordinationem suam conjuges suas norint; quod si post ordinationem tamen, Ministro Altaris contigerit proprium invadere cubile Uxoribus, Sacrorum non intret limina, nec sacrificii portiones fiat. Igitur etiam usus Uxoribus, quæ ductæ erant ante ordinationem, interdictus fuerat per Apostolos Ministris Sacris.

Tertiò, Concordat aliud Apostolorum Decretum prohibens Ministris Sacris Uxores ducere, quòd legitur in Lib. 6. Constit. Apostol. cap. 17. sic dicens: Episcopum, & Presbyterum, ac Diaconum ordinari precipimus, qui sint Monogami, &c. Post ordinationem tamen, si Uxores non habent præcipimus, ut non liceat amplius ducere. En prohibita apparent nuptiæ post consecrationem Ordinis Sacri: At non sequitur, quòd esset licitus usus uxorum ante ordinationem susceperant, siquidem ab ipso Ministris Ecclesiæ sacris initiati omnino abstinere; & erant obligati abstinere, ut testatur

Quartò, Anno 226. Origenes Hom. 13. in Num. his verbis: Illius solius est offerre Deo Sacrificium, 25 qui se inestinent, & perpetua devoverit castitati. Et hoc idem confirmatur

Quintò, Anno 235. ex Decreto Lucii Papæ, quòd legitur in cap. Ministris, dist. 81. ita præcipiente: Si verò post ordinationem suam Ministris contigerit propria Uxoribus invadere cubile, Sacrorum non intrent limina, neque Sacrorum portiones fiant, neque Altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant (hic loquitur, & intelligit de Subdiaconis, quorum officium erat recipere oblationes in Missa, ut ostendimus supra Decif. XXIV. n. 10.) neque ad Dominicæ Corporis portionem accedant, ea ratione, quia revertens Minister ordinatus in facris ad usum Uxoribus, violabat votum continentia, ac castitatis in ordinatione emisit, & habebatur tamquam excommunicatus. Porro, quia Constitutiones, ac Decreta hucusque scripta non videbantur expressè locuta circa hanc obligationem etiam de Subdiaconis; idèd

Sextò, Anno 305. emanavit novum Decretum in Concilio Illiberitano, seu (ut alio nomine vocatur) Eliberino, (Illiberis erat Civitas in Hispania, septimo lapide ab Urbe Granatensi distans, teste Plinio lib. 3. cap. 3.) in quo Concilio can. 33. sic fuit definitum: Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus postis in ministerio, abstinere se à conjugibus, & non generare filios: quicumque verò fecerit, ab honore Clericatus exterminetur. Et ex hoc textu apparet, errorem continere computum, quòd fecit Morinus, quando dixit, de Sacram. Ord. part. 3. Exercit. 12. cap. 5. n. 81. quòd post sexcentos à Nativitate Christi annos cohabitatus per universum Occidentem Subdiaconatus erat lege perpetua consuetus, quandoquidem ab initio Ecclesiæ etiam Subdiaconi comprehensi erant in hæc

lege, & in hoc Concilio Illiberitano statim post tercentos annos à Nativitate Christi expressè denominati leguntur. Est tamen verum, quòd paulò post in Ecclesia Orientali ab aliquibus Diaconis continentia sacra cæpi deturpari; unde

Septimò, Anno 314. in Concilio Ancyrano (Ancyra est Urbs principalis in Galatia, nunc sub ditione Turcarum) emanavit hoc Decretum in can. 10. quòd legitur etiam in cap. Diaconi, dist. 18. Diaconi quicumque, cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere, bi postea, si ad nuptias venerint, maneat in Ministerio, propterea, quòd bis Episcopus licentiam dederit. Quicumque sancti fuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debent. Porro hoc Decretum intelligendum venit de Diaconis ordinatis per vim, & metum, ac penitus inivitis; alioquin nullus roboris effectus censendum; resistentibus Apostolicis Constitutionibus in universali Ecclesia per annos tercentos observatis, ut notat Cabasutius in Notitia Eccles. Concilior. Seculo IV. ad d. Concil. Ancyran. num. 5. quo tamen non obstat in Ecclesia Occidentali servata fuit continentia à Ministris Sacris; ut patet

Octavò, Anno 320. ex Concilio Arelatenf. II. can. 2. posito in cap. 6. dist. 28. his verbis: Assumi aliquem ad Sacerdotium in conjugii vinculo constitutum non oportet, nisi fuerit promissa conversio, idest castitas, & continentia. Patet etiam eodem Anno 320. in Concilio Romano sub S. Sylvestro Papa, in quo cap. 8. præceptum fuit Nullum Subdiaconorum ad Nuptias transire, & multò minus eos, qui in Diaconatus Ordine superiores essent constituti. Fuit autem confirmata hæc lex

Nonò, Anno 325. in magna Synodo Nicæna I. nam (firmatis articulis fidei contra hæreticos Arianos) quòd ad disciplinam Ecclesiasticam in cap. 3. Interdixit per omnia sancta Synodus non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, vel alicui omnino, qui in Clero est, licere subintroduam habere mulierem, nisi forte aut Matrem, aut Sororem, aut Amitam, aut etiam eas idoneas personas, quæ fugiant suspensionem; qui quidem textus relatus à Gratiano in cap. 16. dist. 32. comprobatur, quanta tunc esset sollicitudo Prælatorum in custodienda continentia, ac castitate in personis Sacrum Ordinem adeptis; dum istdem prohiberent familiaritatem omnium mulierum præter matrem, amitam, ac sororem. Et quoniam in cap. Nicæna Synodus, dist. 31. narratur eandem, (perorante, ac suadente Paphnutio Confessore, ut permitteretur Ministris Sacris usus Uxoribus,) ab ipsarum prohibitione superaddidisse, & quòd nihil ex hac parte sancivit; sed hoc in uniuscujusque voluntate, non in necessitate dimisit: non lateat studiosum Lectorem, narrationem illam esse confictam, & fabulosam, ut demonstrat Gerunda de Episc. Ratione lib. 3. dist. 5. cap. 3. n. 24. Cabasutius de Sacul. IV. ad d. Nicæni Conc. Can. 3. n. 8. Layman lib. 5. traç. 9. de Sacram. Ord. cap. 11. n. 8. & P. Macedo de Clavib. Petri lib. 4. cap. 7. col. 4. Vers. Quod autem obijciunt hæretici. Et eadem ita dicendum esse apparet, cum

Decimò, Anno 326. Eusebius Episcopus Cæsariensis, qui in eadem magna Nicæna Synodo intervenerat, scripta reliquit hæc verba in Lib. 1. p. Evangelica demonstrat. cap. 9. Verumtamen eos, qui Sacri sunt, atque in Dei cultu, & ministerio occupati, continere se deinceps ab uxoris commercio decet. Et paulò post; Ceterum Sacri viri, & circa Dei cultum vacantibus abstinere de reliquo, & continere se convenit à nuptiali consuetudine. Hæc eadem verba græcè, ac latinè transferit Cabasutius ad d. Concilii Nicæni can. 3. n. 5. Quapropter sicut in tribus transactis sæculis Ordines Sacros habentes colebant castitatem; ita ab omnibus eadem servabatur in sæculo

quarto; iuxta testimonium S. Epiphani tunc viventis; epist. enim

Undecimò, Anno 370. ad finem operis contra hæreses, ita scribit: Sanctum Sacerdotium ex Virginitate ut plurimum aut ex solitariis, aut sic ad ministerium non sufficitur, ex his constituitur, qui propriis ab uxoriis se continent. Et si quis ab initio continentis fuerit, aut videtur, habere potest locum Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Subdiaconi. Hæc apud Cabasutium ad d. can. 3. num. 7. Alias ejusdem Sancti expressas attestaciones de cultu continentia apud Episcopos, Presbyteros, Diaconos, ac Subdiaconos illius sæculi transferit Emin. Card. de Lauræa disp. 9. de Sacram. Ord. num. 218. 219. 235. & 239. quibus adspicatur factum S. Basilii Magni ejusdem temporis; (relatum in eius Epist. 198.) in qua graviter obiurgat Paregorium Presbyterum septuagenarium, qui mulierem, etsi non suspectam, intra sua ædes ad ministerium habebat, eumque ab Ordine suspendit tanquam Nicæni decreti transgressorem. Hinc

Diodecimò, Anno 385. Syricus Papa Epist. 1. cum præmississet, Christum Dominum castissimum sponsum velle Ecclesiam suam continentia splendore radiare, subdit: Nos omnes Sacerdotes, atque Levites insolubili lege confringimur, ut à die ordinationis nostre sobrietatis, ac pudicitia, & corda nostra mancipemus, & corpora. Et concorditer Concilium Carthaginense II. quòd eodem Anno 385. reperitur celebratum, in attestationem ejusdem inviolatæ Ministeriorum Sacrorum castitatis can. 2. hæc habuit: Placuit, & concedit Sacrosanctis Antistitibus, & Dei Sacerdotibus, nec non & Levitis, vel qui Sacramentis divinis inserviant, continentem esse in omnibus, quo possunt simpliciter, quòd à Deo postulant impetrare, & quoque custodiamus, & ipsa servavit antiquitas nos quoque custodiamus, ad universis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & qui Sacramenta contrahant, pudicitia custodes etiam se ab uxoriis continent. Habetur etiam in c. Cum in præterito dist. 84. in quo duo sunt observanda digna, quòd feliciter hæc obligatio incipit ab Apostolis, & eam servavit antiquitas, & quòd illis verbis, qui Sacramenta divinis inserviant; & in illis, qui Sacramenta contrahant, Subdiaconi intelliguntur.

Decimotertio, Anno 390. corroboratur hanc veritatem Sanctus Hieronymus, qui tunc vivebat, vitam suam penitentem, ac scriptis egrediis Ecclesiam illustrabat; in Epistola enim 53. ad Riparium num. 8. scribit: In Oriente, & in Ægypto non esse licitum Clericis uti uxoriis; sed continere debere. Et in lib. 1. contra Jovinian. hæc habet: Si Laicus, & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio conjugali, ut ait Apostolus 1. Cor. 7. Sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt, semper orandum est; igitur semper matrimonio cavendum. Et in libro adversus Vigilantium subdit: Quid facient Orientis Ecclesie? Quid Ægypti, & Sedis Apostolica? Que aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentem, aut si uxores habuerint, mariti esse desistant: En igitur per quatuor sæcula fidelitas Ministrorum sacrorum in observatione pudicitia, castitatis, atque continentia. Confirmatur quoque

Decimo quarto, Anno 398. testimonio S. Joannis Chrysolostomi, scribentis eo tempore, ac versantis inter Græcos, qui Hom. de Patientia Job, ait: Sic dicit Apostolus: Unus Uxoribus virum; non ea ratione, ut id nunc ab Ecclesia observetur: oportet enim profus castitate Sacerdotem ornatum esse. Inviolata autem custodiebatur hæc obligatio castitatis in habentibus Ordines Sacros etiam in principio, ac medietate quinti sæculi ex attestacione Innocentii Papæ I. qui

Decimoquinto, Anno 402. Epist. 9. ad Vitric. ait: Quòd dignum, & pudicum, & honestum est, tenere, Ecclesia omnino debet, ut Sacerdotes, & Levites cum Uxoribus suis non coeant, & S. Leonis Papæ, qui, De Sacramento Ordinis.

Anno 440. cum ipse sederet in Viatico, sic locutus est de illa, Epist. 82. ad Anast. ( & exat in cap. 1. dist. 32. ) videlicet: Omnium Sacerdotum tam excellentis est electio, ut hæc, que in aliis membris Ecclesiæ vacant à culpa, in illis tamen habentur illicita. Nam cum extra Clericorum Ordinem constitutus, nuptiarum societati, & procreacioni filiorum studere sit liberum; ad exhibendam tamen perfectam continentiam puritatem, nec Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, ut & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permanent singulares. Quòd si in hoc ordine, qui quartus est à capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo, tertio, & servandum est, ne aut Levitico ministerio, aut Presbyteriali honore, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur, qui se à voluptate uxoria necdum frænasse detegitur. Successive

Decimosexto, Anno 461. in Concilio Turonico Primò cap. 1. innovata fuit hujus obligationis memoria omnibus Ministris Sacris, præmissa ejusdem relevancia, sub his propriis verbis: Si enim unicuique fidelibus secundum Apostolicam doctrinam, castitas custodienda indicitur, ut qui habent Uxores, ita sint quasi non habentes: quanto magis Sacerdotes Dei, ac Levites divino mancipati Altari, se custodire debent, ut non solum cordis, verum etiam corporis puritatem servantes, pro plebe supplicaturi, preces eorum ad divinum mereantur introire auditum! Hoc idem

Decimosextimo, Anno 506. confirmatum videmus in Concilio Agathensi tunc celebrato, in quo cap. 16. & 17. (prout etiam legitur in cap. Episcopus dist. 77. ) ita fuit dispositum: Sancti conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam Uxoribus voluntas ita revolvenda est, ut sequestrato mansuisti cubiculo, religione promissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur. Concordat de observantia continentia, ac castitatis apud Sacris Ordinis insignitos, Concilium Turonense II. siquidem per ipsum,

Decimo octavo, Anno 570. ita in can. 20. fuit decretum: Si inventus fuerit Presbyter cum sua Presbyteria, aut Diaconus cum sua Diaconia, aut Subdiaconus cum Subdiaconia (sic nominabantur Uxores ordinatorum, prout nunc dicuntur Ducifæ, & Marchionisæ Uxores Ducum, aut Marchionum) animum integrum excommunicatus habeatur, & depositus ab omni officio Clericali inter Laicos se obsecrare cognoscat. Necnon

Decimonono, Anno 581. Concilium Matisconense I. tunc celebratum, cujus can. 11. de Clericis Sacris loquens, dicit: Quisquis ille est, divino munere benedictione percepta, uxoris prius sue frater illicoficiatur ex conjugate. Etat namque constans tota Ecclesia Occidentalis in custodienda Ministrorum Sacrorum castitate; adeò ut si uxori Ordines Sacros susceperint, ab uxoriis in perpetuum abstinere; si cælibes, conjugia contrahere non possent. Facit 43 eximium Ursicini Presbyteri uxorati exemplum, quòd hoc tempore vivebat, narratum à sancto Gregorio Papa lib. 4. Dialog. cap. 11. his verbis: Hic ex tempore ordinationis sue Presbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere nunquam sinebat. Sequitur deinde narrare, qualiter factus senex Ursicinus esset, agrorumque vix extremos spiritus traheret; & ipsa ejus Presbyteria incerta si expirasset, aurem naribus ejus admovit, tunc ille recollectis viribus in has erupit voces: Disceda mulier, adhuc igniculus est, amove paleam.

Non est autem ignorandum, quòd hoc tempore in Sicilia invaluerat abusus, ut uxoriati ordinarerent Subdiaconi, qui postea ab uxoriis recusabant abstinere, eò quia fe, dicebant, nullam promississe continentiam; quare Summus Pontifex Pelagius II. istdem prohibuit earumdem usum Uxoribus, ad ipso defuncto S. Gregorius Papa ad Sedem Apostolicam evehctus Anno 590. mitiùs procedendo, ( ut habetur in



cap. ante triennium. dist. 31. ) permittit Subdiaconis illis cum uxori bus stare; sed deinceps praecepit omnibus Episcopis, ut nullum Subdiaconum facere presumerent, nisi qui se vitam castam promiserit: subdens: Quia nullus debet ad ministerium Altaris accedere, nisi eius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata: sicque restituit S. Gregorius, & in viridior servantia repositi continentiam, & castitatem, quam semper coluerat Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, ac Episcopi in Ecclesia Latina ex Apostolorum constitutione, ut advertit etiam Glossa in cit. c. Ante triennium, in princ. Ceterum in septimo saeculo tentantur in Hispania nonnulli Subdiaconi abusus Siciliae iam extinctum suscitare, quibus statim se opposuit Concilium Toletanum VIII. quod quidem

Anno 655. convocatum in can. 4. 5. 6. & 7. repressit Ecclesiasticorum incontinentiam; & in can. 7. ita de Subdiaconis loquitur: Relatum est nobis, quosdam Subdiaconos, postquam ad sacri huius ordinis promoverint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, cum scriptum sit, Mundamini qui fertis vasa Domini: sed etiam (quod dictu quoque nefas est) novis uxori bus copulari. Subinde quamcumque mulierum familiaritatem illidem auferri praecipit, concludens: Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub poenitentia oneribus usque ad extremum vitae Monasterii relegandi. At mirabile est quod sequitur decretum sextae Oecumenicae Synodi. Trullana vocata (tanquam habita Constantinopoli in Secretario Palatii Regii, quod Trullam vocabant.) Hec

Anno 680 legitime convocata, praesidentibus Legatis Agathonis Romani Pontificis, post firmatos articulos fidei contra haereticos illius temporis; quo ad Ecclesiasticam disciplinam communiendam in can. 6. ita fancivit: Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, eorum qui non ducta uxore in Clerum promoverent, solos Lectores, & Cantores uxores posse ducere: Nos hoc servantes decernimus, ut deinceps nulli penitus Hypodiaco, vel Diacono, vel Presbytero post sui ordinationem Matrimonium contrahere liceat. Si quis autem hoc facere ausus fuerit, deponatur. Refertur, etsi strictis verbis, in cap. Si quis eorum dist. 32. & ex eo constat, prohibitas nuptias Ministris Sacris, ac quarum nuptiarum, ante ordinationem contractarum, usus prohibitus erat in cap. Subdiaconis, cap. eos, qui. cap. Erubescant, & cap. Placuit. ead. dist. 32. Sed ecce excidium castitatis in Subdiaconis, Diaconis, ac Presbyteris Graecis ex sequenti Pseudo synodo Trullana, Quinifexta nuncupata, promanans: Nam

Anno 692. habitus est Constantinopoli Praesulum Orientalium conventus in Trullo Imperiali Palatii, Secretario supernae fornicato, qui duos supra centum Canones considerant. Vocatur hunc conventum Synodum Quinifextam, ut ei conciliarent auctoritatem Quintae, ac Sextae Synodorum, in quibus de articulis fidei tantummodo actum; alios pro disciplina tunc non extensos haec completeret, ut differit Eminent. Card. Baronius, atque Spondanus ad hunc Annum 692. & Cabasutius in Notitia Eccles. Saeculo VII. ad eundem Annum pag. 297. Igitur hoc Conciliabulum, cum prius in can. 12. statuisset, conjugatos ad Episcopatum ordinem assumptos, non posse amplius cum Uxoribus coire, quod servant Graeci usque in praesentem diem, postea in can. 12. aliis Ministris Sacris ad libidinem relaxavit habenas, ita decernens: Quoniam a Romana Ecclesia pro canone traditum esse cognovimus, ut Diaconi, vel Presbyteri, qui digni, qui ordinentur, existimandi sunt, proficiantur, se non amplius suis uxori bus conjugatos, Nos antiquum Canonem Apostolicae perfectionis, ordinisque servantes hominum, qui sunt in sacris, conjugia deinceps ex hoc temporis momento firma, & stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxori bus conjugationem dissolventes, vel eos, mutua, tempore convenienti, con-

suetudine privantes. Quomobrem si quis dignus inventus fuerit, qui Hypodiaco, vel Diacono, vel Presbyteri ordinetur, is ad talem gradum assumptus, nequaquam prohibentur, si cum legitima Uxore cohabitaverit. Sed neque Ordinationis tempore ab eo possit alter, ut profiteatur se a legitima cum uxore consuetudine abstinurum; ne ex eo a Deo constitutus, & sua praesentia benedictas Nuptias, injuria affectu cogatur; Evangelica voce exclamante, Quae Deus conjunxit, homo non separet; & Apostolo docente, Honorabiles Nuptias, & Thorum immaculatum, & Alligatus es Uxori? ne quare solutionem. Scimus autem, sicut & qui Caribagine convenerunt, & Ministrorum gravitatis, honestatisque curam gerentes dixerunt, ut Subdiaconi, qui sacra Mystra contrahant, & Diaconi, & Presbyteri propriis terminis a consorti bus abstant: ut & quod per Apostolos traditum est, & ab ipsa usque antiquitate servatum, Nos quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes, & maxime in jejunio, & oratione. Oportet enim eos, qui divino Altari assident, in sanctorum tradandorum tempore esse omnino continentes, ut possint id, quod a Deo impliciter petunt, obtinere. Si quis ergo praeter Apostolicos canones incitatus sit aliquem eorum, qui sunt in sacris, Presbyterorum, inquit, vel Diaconorum, vel Hypodiacoconorum conjugatione cum legitima Uxore, & consuetudine privare, deponatur. Similiter & si quis Presbyter, vel Diaconus suam uxorem, pietatis praetextu, eiecerit, sequegetur; & si perseveret, deponatur. Hucusque Quinifextae Synodi Decretum ex tom. 3. Concilior. pag. mibi 395. & 396. transcripimus; quod Gratianus posuit (pluribus tamen concisis verbis) in cap. Quoniam. dist. 31.

Circa ipsum autem plura sunt notanda, & mandanda memoria. Primum, quod haec Synodus non fuit Oecumenica, sed Pseudo synodus; nam absque licentia Romani Pontificis convocata, & ejus Legatis non praecedentibus, ex quorum praesentia defectu, hujusmodi conventus pluries declarati fuerunt Conciliabula, Erratica Concilia, ac nullius auctoritatis, ut demonstrat Eminent. Card. Baronius, & Spondanus ad hunc Annum 692. & exempla adducens Cabasutius d. pag. 297. Secundum, quod praedicti Canones a Sergio Papa tunc vivente rejei, atque damnati fuerit, esse Justiniani Orientalis Imperatoris gravior instituit pro eorum confirmatione; quam nec potuit obtinere a Joanne Septimo, ac Constantino Romanis Pontificibus Sergii Successoribus: Tertium, quod eisdem Quinifextae Synodi Canones recipere noluerunt Patriarchae Orientales Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, tum quia eos advertebant Apostolicis decretis, & universalis Ecclesiae cognoverunt; tum etiam quia ipsi nec per se, nec per suos Legatos ejusmodi Conciliabulo interfuisent, ut Spondanus, & Cabasutius loco supra cit. probant: Quartum, quod falso obijciunt Ecclesiae Romanae, tam contra Evangelium solvere nuptias ante Ordinationem a Ministris sacris contractas, non enim eas solvit quo ad vinculum; sed quo ad usum juxta praecceptum Apostolorum, & doctrinam Catholicam pro septingentis circiter annos in universa Ecclesia de celibatu praedictorum receptam, & custoditam, ac a Sanctis Patribus Graecis eximie commendatam. Quintum, non posse delimiti, eosdem Canones fuisse approbatos a Gregorio II. & ab Adriano Papa, qui citantur ex eis Canonem 83. loquentem de Sacris Imaginibus; id enim fecerunt ad magis convincendos Graecos Iconoclastas, & ut eosdem suis ipsorum gladiis jugularent. Sextum, ( & sunt verba ipsius Spondani ad d. Ann. 692. num. 5. ) Cum tanta procacia, inter alia mala, Graeci confregissent jugum a Patribus custoditum Ecclesiasticae castitatis, iidem & in reliquis in decretis eorum prolapsi, ut vis brevia post haec sit reperire intersititatem temporum, quibus vel Haeresi, vel Schismate, non fuerint

ab Ecclesia Catholica, & Orthodoxa divisi, quosque tandem, in ultionem scelerum, a Deo vindice, post longam patientiam, meruerunt Virga furoris Assur coeteri. Hanc eandem Ministrorum Sacrorum castitatis destructionem a Graecis factam, contra Decretum Ecclesiae Universalis per Annos 692. ubique servata narrat etiam Episcopus Sarnellius tom. 2. Epist. 37. ubi de aliis Graecorum erroribus. Septimum, quod nihilominus Ecclesia Romana tolerandam duxit hanc Orientalis Ecclesiae Clericalis caelibat violationem cap. Cum Olim. De Clericis conjug. Illum tamen constanter servavit, & servatum esse voluit apud Ministros sacros Latinos, juxta decreta Pontificia, ac Conciliaria relata in cap. Lex continentiae. cap. Omnino dist. 31. cap. Eos, qui cap. Placuit. & cap. Serviatum. dist. 32. pro quorum majori executione,

Anno 845. in Concilio Meldenis sub Sergio II. Papa can. 26. innovata fuit omnibus Clericis sacris, ac ipsis Episcopis prohibitio cohabitandi cum mulieribus sub his verbis: Quia si secundum leges canonicas in mansione Clericorum introitus familiarum prohibentur, quanto magis domus Episcopi ab hujusmodi inhabitatione, & conversatione, etiam & a legitimo connubio conjugatorum debet immunis esse, & aliena? In hac eadem conformitate,

Anno 1049. Leo Papa IX. respondens Epistolae Nicetae Abbatis, ( prout habetur in cap. Omnino dist. 31. ) sic scribit: Omnino consistimur, non licere Episcopo, Presbytero, Diacono, & Subdiacono propriam uxorem causa religionis abijcere a cura sua, scilicet ut ei vitium, & vestitum largiatur, non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Et quoniam uxorati, qui petebant se ordinari etiam in Sacris, devotionis praetextu, causam violandi caelibat Clericalis praebant:

Anno 1063. in Concilio Laterano. 3. ab Alexandro III. convocato, statutum fuit, ut uxorati Clerici nec beneficia, nec immunitatem Ecclesiasticam haberent, neque ad Sacros Ordines promoverentur, nisi voverent castitatem; & hoc idem rescriptum idem Pontifex, prout legitur in cap. 2. de Clericis conjugat. sub his verbis: Providas attentius, ne deinceps Clericis conjugatis ad Ecclesiastica beneficia, vel Sacros Ordines, aut administrationes Ecclesiasticas admittatur, nisi forte castitatem voveret perpetuam, & qui unicam, & virginem habuisset uxorem. Sed quoniam multi uxorati, ut ordinarentur in Sacris, vovebant continentiam perpetuam, & eorum Uxores reclamabant, decrevit ipse Pontifex Alex. III. ut Nullus conjugatorum sit ad Sacros Ordines promovendus, nisi ab Uxore continentiam praesentem fuerit absolutus. Ita in cap. Conjugatus. 5. De Converse, conjugat. de quo late differit Fagnanus in cap. Majores a n. 9. & seq. de Baptismo. Et exinde

Anno 1294. Bonifacius VIII. declaravit Ordinem Sacrum habere sibi annexum Votum solemne castitatis non solum impediens Matrimonium contrahendum, sed etiam dirimens contrahum, ut legitur in cap. 1. De Voto, & Voti redempt. ut legitur in Praesentis declarandum duximus oraculo sanctionis, illud solum Votum debere dici solemne, quantum ad post contractum Matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem Sacri Ordinis, aut per Professionem expressam, vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbata.

Igitur a tempore Bonificii VIII. usque in praesens non fuit amplius necessitas disputandi de obligatione, quae Clericis Sacris incumbit, servandi continentiam, sed coercendi praevariantes ex humana fragilitate, sed in titulis Decretalium, Libri sexti Clementinarum, ac Extravagantium De Vita, & Honestate Clericorum; donec & latebris Germaniae, ne

dicam Averni, Saeculo decimo sexto incepto, impudentissimis Haeresiarum Lutheri, Calvini, Brentici, Petro Martyre, Melancthone, Carolostadio, & aliis erumpentibus, ab his omnibus impugnatu scriptis, & attrita factis fuit castitas Ministrorum Ecclesiae sacrorum, ut refert Sales de S. Inquisitione lib. 3. cap. 18. per tot. Pater Macedo De Clavibus Petri lib. 4. cap. 7. (ubi notat, quod Lutherus cum duxisset in Uxorem Catharinam Boram Monialem, eam salacissimis discipulis suis osculandam dedit, ut impudica illa oscula sigilla essent robur afferentia impudicissimae suae opinioni, & actioni) & Gonzales tom. 3. in Comment. ad cap. Si quis Clericorum. De Clericis conjugatis num. 2. & 3. addens ibidem, quod Andreas Carolostadius Archidiaconus Witembergi in Saxia intimus, sed pater Lutheri, primus omnium praedictorum haeresiarum publicè Matrimonium iniit, in cuius laudem Lutherani, nondum abrogata Missa, hanc in ea recitabatur orationem: Deus, qui post longam Saeculorum eccitatem, beatum Andream Carolostadium ea gratia donare dignatus es, ut primus, nulla habita Papistici juris ratione, Uxorem ducere ausus fuerit: da quaesumus, ut omnes Saeculodotes, hujus vestigia sequentes, ad legitimum consortium thori convertantur. O diabolice impletas! O caecitas deplorabilis! impugnaire, & atterere Caelibatum Ecclesiasticorum, quem per quidem integram saecula Sanctissimae Synodi propagaverat; & doctissimi Viri in universa Ecclesia coluerunt. Sed de Carolostadio subdit Sales de d. cap. 18. n. 302. quod ejus vita, inito Matrimonio fuit miserabilis, cum enim ut viveret, oportuit agricolam agere; mors vero infelicissima, horrendissima, pessima: visio enim spectro terribili, ab eodem post triduum moriens raptus fuit. Contra Clericos incontinentes praescripta sunt poenae a Concilio Tridentino sess. 25. de Refor. cap. 14. de cuius intellectu videndus Barboza ibid. in Collect. DD. & Theaurus de Poenis part. 2. V. Concubinitatus cap. 1.

Quo ad Tertium, Disputant Theologi, an haec obligatio castitatis, ad quam Ministris Sacri tenentur, insurgat ex Voto, quod ipsi faciunt, dum Sacros Ordines sumunt? seu ex Praecepto, quod eisdem Ordinibus sacris Ecclesia adijcit? Tres sunt opiniones. Prima tenet, eam insurgere ex Voto ex sequenti bus fundamentis. Primum Ex cap. 1. dist. 31. ubi S. Gregorius Magnus ait: A praesenti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum facere presument nisi qui se vitam castam promiserit. Sed promissio facit Votum. Secundum Ex cap. Unico. De Voto in 6. in quo Bonifacius VIII. declarat, Matrimonium dirimi Voto solemni, quod fit in susceptione Ordinis Sacri. Ergo ex Voto. Tertium: Si non esset ex Voto, Minister Sacri peccando contra castitatem non committeret Sacrilegium. Sed sic est, quod Sacrilegium committit, & in confessione tenetur hanc circumstantiam exprimere, ut nota vimus supra sub n. 1. Ergo est ex Voto. Quartum: Si non esset ex Voto, Papa posset dispensare absque ulla causa cum ordinato in Sacris, ut contraheret Matrimonium. Sed sic est, quod semper requirit iustam causam, ut diximus supra n. 75. Ergo haec obligatio est ex Voto; prout ita docet S. Thomas 2. 2. q. 83. art. 1. Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 27. n. 10. Eminent. Card. de Lauraza de Sacr. Ord. d. disp. 9. num. 249.

Secunda opinio astruit, eam esse ex Praecepto Ecclesiae. Primum: Quia circuitus sunt vitandi. Sed Ecclesia potest de per se obligare Ministros Sacros ad castitatem. Ad quid ergo praecipere iidem, ut eandem voveant? Secundum: Si esset ex Voto, illud explicitè emitteretur in suscipiendis Sacris Ordinibus. Sed sic est, quod neque Subdiaconi, neque Diaconi aut Presbyteri faciunt, explicitè hoc votum. Ergo obligatio castitatis non est ex Voto, sed ex Praecepto. Tertium: Si esset ex voto, hoc contingeret fieri in



fi in multis contra eorum voluntatem. Sed id esse non potest, cum Votum sit voluntaria, ac deliberata promissio Deo facta. Ergo. Quarto: Quia si ex voto esset, plures non essent obligati, illi scilicet, qui illud nolent facere. Igitur dicendum est, omnes Ministrorum obligari ad castitatem ex solo Ecclesie Præcepto. Ita tenet Valentia *disp. 9. q. 5. punct. 5. §. 1. Avera de Ord. q. 4. sect. 7. §. præferendus*, qui alios DD. allegat.

Tertia Opinio est, quod hæc obligatio æque nascatur tam ex Voto ordinatorum in Sacris, quam ex Præcepto Ecclesie: ex Voto, quod quilibet facit, & tenetur facere assumendo Ordinem Sacrum, cum ita statutum sit ab Ecclesia, ut volentes ordinari in Sacris promittant castè vivere, prout est *textus* in prima opinione relatus. Nec obstat, quod nemo explicitè hoc votum faciat; quia si verbis, & ore non facit, illud emittit facto; scilicet suscipiendo Ordinem. Nec dici potest, quod plures voveant inviti, & contra suam liberam voluntatem; siquidem cum quisque sciat Ordini Sacro annexam esse hanc obligationem vovendi castitatem, statim ac illum vult suscipere, & suscipit, voluntariè censetur vovere. Quod si daretur aliquis ignorans hanc obligationem vovendi, vel qui intra fe diceret, nolo vovere, nec me obligare ad Castitatem, adhuc esset obligatus ad illam ex Præcepto Ecclesie, & absolvi non posset in foro conscientie, nisi admonitus de obligatione vovendi, voveret; cum eligendo statum Clericalem in Sacris, tenetur etiam ad emittendum votum castitatis. De Præcepto autem Ecclesie constat ob plurimos canones hanc obligationem continentiam in Ministris Sacris præcipientes, & potissimum in *cap. 1. §. segg. dist. 31. Item cap. 1. cap. si quis eorum dist. 32. Concil. Elliberitanum*, de quo *supra Anno 305. Nicænum Anno 325. Toletanum VIII. Anno 655. & Trullanum Anno 680. & in tit. De Vita & Honestate Clericorum in Decretalibus in Libro VI. in Clementinis, & in Extravagantibus*. Hanc opinionem amplexi sunt Hurtadus, Perez de Matrim. Rebellius, & alii apud Gobatum *trah. 8. num. 755.* ac etiam novissimè Diana in Opere Coordinato *tom. 3. trah. 1. res. 77.* quæ in Veteri est *part. 8. trah. 1. res. 72.* cui adhæret Cotonius *lib. 5. contr. 1. n. 297.*

Tandem Corollarit loco, notandum est tribus in casibus Ordinatos in Sacris non esse obligatos servare castitatem. Primus est, si ordinatio esset invalida ex defectu materiæ, nam Votum castitatis est accessorium ad ordinationem; undè si hæc sit invalida, neque Votum valet, Salmanticenses, de *Sacram. Ord. d. trah. 8. cap. 6. n. 41.* qui secus dicendum advertunt in professione invalida Regularium; hi enim cum verè voverint castitatem, tenentur ad illam, sed ex vi simplicis Voti. *cap. Quidam, & cap. Placet, de Convers. Conjugator.* Secundus casus est, si ordinetur Puer ante usum rationis, nam ordinatio est quidem valida, et si illicita, tamen ordinatus, nisi illa ratiocinetur in annis pubertatis, non est obligatus servare Castitatem. Salmanticenses, alios allegantes DD. *dist. trah. 8. cap. 6. num. 42. & 43.* Tertius casus est, si quis ordinetur per vim, & metu gravem cadentem in consensum Virum, & in hoc casu, si expressè protestetur, se nolle ordinari, certum est, invalidam fore ordinationem, & nullam adesse obligationem castitatis. At si consentiat in Ordine, et si gravissima violentia adductus; discordes sunt DD. circa obligationem castitatis; alii enim negant, alii affirmant, ut videre est apud eisdem Salmanticenses, qui pro utraque parte rationes adducunt, & examinant *d. trah. 8. cap. 6. à num. 45. & segg.* ac DD. citant, quibus ego addo Decisionem Rotæ Magistralem *part. 6. recent. dec. 40.* à Studiosis videndam.

DECISIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

Ne Clerici Sæculares in Sacris cogantur cum dedecore Ordinis mendicare, ordinari non debent ex Jure Canonico antiquo, medio, ac novissimo, nisi habeant, unde honestè vivere possint. Contrarium effutierunt Marcellus Paduanus, Joannes Wicleff Anglus, & Martinus Lutherus Hæresiarhæ ab Ecclesia damnati. Explicatur tres Tituli pro initiandis Clericis Ordinibus Sacris, scilicet Beneficium, Pensio, ac Patrimonium; nec non pro Regularibus titulus Professionis Religiosæ. Circa eosdem omnes Titulos recensentur requisita necessaria, & plurimæ Quæstiones scitu dignæ, ac perpulchræ examinantur, & resolvuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Titulus necessarius ad suscipiendos Ordines Sacros pro alimentis.
- 2 Hæreticorum doctrina contra beneficia Ecclesiastica.
- 3 Marcellii Paduani hæretici error contra bona temporalia Ecclesiarum.
- 4 Joannis Wicleffi hæretici idem error, & blasphemie multe.
- 5 Lutherus idem dogma hæreticale docet.
- 6 Militibus debita sunt stipendia.
- 7 S. Hieronymi tempore Clerici non ordinabantur sine patrimonio.
- 8 Chalcedonense Concilium Anno 450. requirit titulum sustentationis in ordinandis.
- 9 Urbanus II. renovat Anno 1092. præceptum ejusdem tituli.
- 10 Alexandri III. dispositio circa eundem titulum ordinandorum.
- 11 Innocentii III. altera Constitutio pro ipso titulo.
- 12 Concilii Tridentini Decretum pro titulo Sacrorum Ordinum.
- 13 Tituli quatuor pro Ordinibus Sacris, Beneficium, Pensio, Patrimonium, & Professio Religiosa.
- 14 Beneficium, pro Ordine Sacro sumendo quatuor requisita.
- 15 Patrimonium Clerici nobilitati debet esse majoris summe, quam Clerici ignobilis.
- 16 Beneficium, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, quomodo resignari possit.
- 17 Coadjutorie ad titulum an quis possit in Sacris Ordinari?
- 18 Beneficio insufficienti jungi potest pars Patrimonii pro ordinando Clerico in Sacris.
- 19 Pensio servit pro titulo ad Ordines Sacros.
- 20 Pensiones an ab Episcopis possint imponi super beneficiis?
- 21 Pensiones à paucis promptè solvantur.
- 22 Gregorii Cardin. Barbadii eximia cbaritas erga Clericum pauperem.
- 23 Præsentia quid sint? Et an serviant pro Ordinibus Sacris.
- 24 Patrimonia pro Sacris Ordinibus quæ, & qualia esse debeant?
- 25 Subdiaconus ordinatus cum suo Patrimonio an sit suspensus?
- 26 Patrum de non petendo Patrimonio an sit irritum, vel irritet Patrimonium ipsius?
- 27 Patrimonii renunciatio absque licentia Episcopi, si ordinatus aliud habeat, ut honestè vivat, an valeat?
- 28 Seminarii ad titulum an possit alumnus Ordinari in Sacris?

- 29 Seminarium Patavinum facit Ordinare suos Clericos in Sacris.
- 30 Abbatia Montis Crucium, & Cortoroduli unita est Seminarium Patavino, per Cardin. Barbadicum pro Ordinandis Clericis.
- 31 Eleemosynarum certarum ad Titulum an Clerici possint Sacris initiari? Exemplum Venetiarum.
- 32 Regularis professi Ordinatur in Sacris ad titulum Paupertatis.
- 33 Regularis sciens suam Professionem esse irritam, suscipiens Ordines Sacros incurrit poenam suspensionis, & irregularitatis.
- 34 Quando effugiatur dicitur poena.
- 35 Professio invalida censetur ratificata per susceptionem Ordinis Sacri. Contrarium n. 36.

Post Subdiaconorum obligationes, quas contrahunt recitandi officium, & servandi castitatem, aliam explicare oportet ipsam incumbentem, antequam ad ipsum sacrum Ordinem promoventur; scilicet ut habeant sufficientem titulum ad propriam sustentationem, ne cum Ordinis dedecore mendicare cogantur. Pro cuius obligationis majori intelligentia sciendum est, transactis sæculis non defuisse hæreticos homines, qui non valentes adipisci pingues Ecclesiasticas Præbendas, quas affectabant, in odium Prælatorum illas possidentium, docere ceperunt, eas esse illicitas, nec à Clericis possidendas, & multò minus ab Episcopis; utpote Apostolorum Successoribus, & imitatoribus Christi, cuius, & quorum vita in paupertate expressè mansit. Inter hujusmodi heterodoxos præter Hufitas, de quibus meminit Illustrissimus Episcopus Baptaglinus, vulgari idiomate, sed eruditocalamo, in Annalibus Sacerdotii, & Imperii Anno 1626. num. 2. tom. 2. recensentur à Salelle in *trah. de S. Inquisit. lib. 3. cap. 14. num. 16.* Marcellus Paduanus, qui asserbat Anno 1117. Ecclesiasticos viros non posse ullas divitias possidere, nec agros, nec alia bona et prædictum Christi, & Apostolorum exemplum, quam hæreticalem doctrinam, et si ab Ecclesia damnatam, reasumpit Joannes Wicleffus natione Anglus, qui inter cæteros errores, quos Anno 1378. effutire, ac docere cepit, affirmabat, contra Scripturam Sacram esse, quod Viri Ecclesiastici habeant possessiones. Decimas puras eleemosynas fore, & eas Parochianos ad libitum suum auferre posse ob suorum Prælatorum peccata. Religiosos teneri per labores manuum sibi victum acquirere. Errasse S. Sylvestrum Papam, & Constantinum Imperatorem Ecclesias ditando. Sanctos Augustinum, Benedictum, ac Bernardum, nisi poenitentur, damnatos esse, ex eo quod instituerint Religionis bona temporalia retinentes; ut refert idem Salelles *d. lib. 3. cap. 16. à num. 245. & segg.* qui quidem Wicleffus damnatus fuit in Concilio Constantiensi sub Joanne XXII. Anno 1415. ut legitur in *Tom. IV. Concil. ad præd. Concil. Constantiensi sess. 8. pag. mibi 270.* ubi referuntur omnes errores ejusdem Wicleffi; cuius ossa exhumari idem Concilium decrevit, & extra locum Sacrum projici tamquam hæretici impudentis, quod etiam legitur apud Emin. Card. à Turrecremata in *Summa de Ecclesia part. 2. lib. 4. cap. 38.* & apud Odoricum Raynaldum in *Annalib. Eccles. ad Annum 1415. num. 34.* Hunc eundem errorem, & hæreticalem dogma suscitavit Lutherus Anno 1520. docendo, Ecclesiam, seu Ecclesiasticas personas non posse, nec debere bona, agros, ullasve possessiones habere; suadendo Principibus secularibus, ut Ecclesias suis rebus spoliarent; quod factum fuit pluribus in locis Germaniæ, ac Galliæ, ut latius ex approbato Auctoribus demonstrat idem Salelles *d. lib. 3. cap. 18. num. 54.* Cæterum doctrina Catholica, & mens Ecclesiæ, semper fuit, ut ejus Ministri, præsertim in Sacris ordinati, haberent, undè honestè vivere possent;

nec cogentur mendicare, & hoc ob plures causas, ac rationes. Prima est, quia mendicitas Clerici cedit in dedecus Ordinis Clericalis, *cap. Diaconi sunt, dist. 93. & cap. ad supplicationem. De Renunciat. Secunda*, quia cum dicat Glossa in *cap. Cum secundum. Verb. Obsequium. De Prebend.* quod Non sibi, sed Domino gravis est, cui servit egestas; si Clericus egeat, redundat in opprobrium ejus, in cuius sortem, seu hæreditatem assumptus est, *cap. Clerici, 21. dist. Tertia*, quia cum eligatur ad onus, repelli non debet à mercede, *cap. Charitatem, cum duob. segg. 12. qu. 2. Quarta*, quia ut ait Apostolus *1. Cor. 9. Qui Altari servit, de Altare vivere debet. Quinta*, quia Clerici sunt milites Christi; sed militibus debita sunt stipendia, quibus vivant, & de his solliciti erant Imperatores Romani, ut notat Svetonius, in *Claudio cap. 25.* undè subdit Apostolus *1. Cor. 9. 7. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructibus ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Igitur irreprehensibilis est determinatio Ecclesie, ut ejus Ministri habeant, unde honestè vivant. Nec vim facit Christi Domini, aut Apostolorum paupertas, quia hi paupertatis votum fecerunt, prout etiam Doctores autumant fecisse etiam Christum, quos refert Cornelius à Lapide in *Ad. Apostol. cap. 5. sub Vers. 2.* Sed Ministros Ecclesie ad hoc paupertatis votum non obligavit. Idcirco Ratio principalis, ob quam Ecclesia prohibet ordinari Subdiaconum non habentem, undè honestè vivat, utique in eo consistit, ne cogatur mendicare cum dedecore habitus, ac ordinis Clericalis, ut notant omnes Canonistæ, ac Theologi. Fagnanus in *cap. Cum secundum, 16. num. 28. de Prebend. Barbosa allegat. 19. à num. 1. & segg. Pax Jordanus lib. 3. tit. 6. num. 293. Gobatus de Sacram. Ordin. trah. 8. num. 602. & Salmanticenses eod. trah. 8. cap. 6. num. 61.* ubi citantur verba Concilii Tridentini in *sess. 21. cap. 2. sic loquens: Cùm non deceat eos, qui Divino Ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut fructum aliquem questum exercere. Hinc antiquissimum fuisse morem in Ecclesia, ut nullus ordinaretur absque sufficienti sustentationis titulo, adeo verum est, ut multi ex DD. quos citat Gonzalez in *Commentar. ad cap. Episcopus, 4. de Prebend. num. 9.* arbitrentur, illum viguisse etiam tempore S. Hieronymi, scilicet Anno 350. ob verba ejusdem Sancti relata in *cap. ult. 16. qu. 1.* ubi scribens ad S. Damasum Papam ait: *Clericos autem illos convenit Ecclesie stipendiis sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur.* Sed quidquid sit de origine hujus tituli sustentationis, de ipsa præceptum fecit*

Primum, Anno 450. Concilium Generale Chalcedonense in *can. 6.* qui habetur in *cap. Neminem dist. 70.* cuius hæc sunt verba secundum Balsamonis versionem apud eundem Gonzalez ubi *supra. 7. Neminem absolutè ordinari (præcipimus) nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui sunt in Ordine Ecclesiastico, nisi specialiter in Ecclesia civitatis, vel pagi, vel Maritimo, vel Maritimo, qui ordinatur, designentur, nisi specialiter in Ecclesia civitatis, vel pagi, vel Maritimo, vel Maritimo, qui absolutè ordinatur, decrevit Sancta Synodus irritam, & invalidam haberi ejusmodi manuum impositionem, & nusquam exercere, ac operari posse, ad ejus, qui ordinatur, injuriam. Quibus verbis ostenditur, tunc temporis ordinandum prius debuisse esse designatum, id est institutum in aliqua Ecclesia, ex cuius redditibus honestè vivere posset, alias ordinatio esset irrita quod ad executionem, itaut ordinatus suspensus ab ordine, ut notat ibi Glossa, & Barbosa, atque omnes scribentes. Hoc idem præceptum innovavit brevioribus, sed clarioribus verbis Urbanus II. in Concilio Placentino, Anno 1095. quæ*